

pus eē generandum. Ex hoc igitur. quod uelut cot-
tidiana operatione di. in tonitruo. firmamento.
& in sp̄s creatione. proph̄a declarat intellegere
nefas eē ut de sp̄s sc̄o. tale aliquid aestimemus. quē
ipsi impij ante secula eē negare non possunt. Unde
^{certe} & te semp eē eum. & semp manere. pia assertione
testamur. Neq. enim qui ante mundum sup fere-
batur sup aquas. potest uideri coepisse post mun-
dum. aut multos ^ē sp̄s sc̄os aestimari fas est. qui ue-
luti cotidiana generatione generentur. Absit
ut se quisquam tali impietate contamine. & dicat
frequenter creari. aut unquam creari sp̄m sc̄m.
Cur enim frequenter creari uidetur. non intel-
lego. nisi forte & mori eum credant frequenter.
& frequenter creari. Sed quem admodum mori
potest sp̄s uite. Ergo si mori non potest. causam
non habet cur saepius sit creandus. Aut qualiter
putant. in illud sacrilegium recidunt. ut distin-
guant sp̄m sc̄m. qui prolatiuum uerbum. in patre
redire. prolatiuum sp̄m in dnm refundi. ut unius
refusio sit. & quaedam uicissitudo in uarias for-